



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ**

**Richeome, Louis**

**Coloniæ, 1610**

De victoria animæ. Colloquium LXXXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

rere, & fugam circumspicere in-  
coepit.

*De victoria Anima.*

COLLOQVIVM LXXXVI.

**M**ANEAT ergo iam nunc vi- THEO.  
ctoriam & incolumitatem  
paruae huius Monarchiae, in  
eo consistere, vt voluntatem re-  
ctam, contraque vniversas Satha-  
nae suggestiones, & sollicitationes  
Euae nostrae constantem immobi-  
lemque teneamus; ad quod con-  
sequendum mirabilia nobis adiu-  
menta adfert continua assiduaque  
mortis meditatio. In ea namque  
turpitudinem peccati euidenter co-  
gnosimus, & deformitatem ac ma-  
litiã Diaboli, peccati patris, &  
mortis aui clarè manifesteque per-  
spicimus. Hac ergo scientia volun-  
tas nostra illud consequetur, ei vt  
se totaliter opponat, & velut pro-  
prio odij sui obiecto resistet; quip-  
pe cum illius natura sit foeda mala-  
que execrari, & contra bona for-  
mosaque amplexari. Execrabitur  
Dd ergo

*Quomo-  
d. Dia-  
bol. odif-  
se oportet.*

ergo Diabolum, non quatenus creatura est, sed quatenus ex diametro pulcritudini diuinæ aduersatur, & quatenus omnium malorum hominibus author est, putamortis animæ & corporis. Auersabitur illam quantum poterit, imo plus quam ouis lupum, gallina vulpem, dama leonem, taurus ac vitulus vrsum, & miluum columba. Si interdum contingat antiquum illum serpentem impium quid ipsi suggerere, auertet confestim faciem suam, & illi quantumuis exiguum etiam sit, non adhærescet: contemplabitur mortem, opus & facturam nebulonis illius, quo videlicet illum detestetur, & ad Deum vitæ authorem tutissimumque asylum confugiet. Quod si amplius instare ac persequi perrexerit, & maiorem vim adhibere conabitur, tum verò fortis ac generosa anima in munitionem & propugnaculum se suum recipiet, nouas copias auxiliares colliget, nouas acies pregnantium virtutumque rationum, & potentium desideriorum ac bonorum

rum operum instruet, quo ita demum assistente gratia diuini numinis victrix gloriosa euadat. Aderit extemplo ratio, & in silentio voluntatem ita affabitur: Illine tu aurem accommodatura es, qui ex mendacijs conflatus est, & aliud non cogitat quam vanitatem, aliud non loquitur quam deceptiones, & aliud non suadet quam fraudes? Ad illum *Collo-*  
 tu accedes, qui corde, ore, & mani- *quium*  
 bus, venenum, pestem, flammamque *anima*  
 circumfert; quibus infecit cælum & *cum se-*  
 cæli stellas inflammavit? qui ter- *ipsa.*  
 tiam partem angelorum sociorum  
 suorum qui ipsum accesserant in æ-  
 ternam mortem pertraxit? Cum il- *Apocal.*  
 lone tu pacem initura es, qui per- *8.12.*  
 petuo bello suum tuumque pariter  
 Creatorem laceffit? qui vnum hoc  
 studet, quomodo videlicet te exco-  
 rriare, sitim suam crudelissimam san-  
 guine tuo sedare, & tuis visceribus  
 rabiem suam possit exatiare? Illum  
 tu amabis, illum obseruabis, qui ex-  
 tremè turpis ac deformis, totusque  
 pauper est, nisi forte astutias, ini-  
 quitates, & supplicia spectes, quib<sup>9</sup>

ditissimus est, & eos qui illi seruiunt copiosissimè remuneratur? illine tu ergo propter talia præmia ministrabis? Contra autem supernam illam bonitatem, incomprehensibilem potentiam, ac infinitam bonitatem derelinques, quæ ex nihilo pulcherrimam hanc in tui gratiam mundi molem fabricfecit, inculpans tibi imaginem sanctæ suæ diuinitatis, quo videlicet pulcrioris adhuc mundi capacem te efficeret: vt illi inseruias qui aliud non scit quam peccare, quam occidere, quam animas in Infernum præcipitare, quorum quodlibet millies ac millies nihilo peius est? Illine tu inseruias, qui inuidia extimulatus patri tuo ac matri tuæ collum fregit, & in illorum familiam olim nobilissimam, ornatissimam, optimeque constitutam nihil quam ignominiam, paupertatem, confusionemque effudit? qui mortem in illorum Paradiso plantauit, qui arborem corruptionis in amoenissimo illo viridario, vita delicijsque omnibus affluente deparxit? Illine

Furia-

Furiali caduere vinculo infidelitatis detestando te innectes, sponsumque tuum abiurabis, qui te desponsauit, ipsumque illum contractum sanguine suo pretioso confirmauit? An ergo Regem Regum derelictura es ob Tyrannum omnium Tyrannorum? vtrum pulcritudinem ob turpitudinem, bonitatem ob malitiam, diuitias ob paupertatem, gloriam ob infamiam, quietem ob poenas, vitam ob mortem, lumen ob tenebras, caelum ob infernum desereres, quo videlicet illi te emancipes, qui te execratur, tibi insidiatur, & indefinenter absque vllis inducijs te persequitur? Qui ex toto illo pulcherrimoque vniuerso carnificinam, & cadauer quoddam generis humani effecit? quis ex corporibus hominum simetum, & ex illarum animis monstra formidolosa effecit? & qui ex te & corpore simultuo, si modo possit, miserabile spoliolum Inferni efficiet? Absit, Absit, potius tu mihi omnia toleres quae tolerari possunt, quam vt Creatorem tuum, Patrem tuum, & Re-

*Resolutio  
Anima  
deuota*

D d 3 dem-

demptorem tuum derelinquas, quo videlicet antiquo illi generis tui persecutori adhærescas. Age ergo cor meum, attollere & inflare contra Bubonem istum, excita vires tuas contra monstruosam istam bestiam, aperi te receptura præsentiam Domini tui I E S V S, qui te docebit modum bene resistendi, & opem adferet ut gloriam victoriamque reportes. Hunc in modum Ratio sermocinabitur, sicque voluntas pulcherrimis istis similibusque consilijs instructa, & sanctis desiderijs corroborata, iuxtaque assistentia Dei sui sustentata, opponet se hostis insultibus, cum firmo constantique proposito malle se mille tormentorum generibus excarnificari, quam se dedere, aut vlla ratione, perditis istis consilijs assentiri.

*De apparatu animæ ad pugnam.*

COLLOQVIVM LXXXVII.

THEO.  
Diligen-  
tia ani-  
mæ de-  
notæ.

**A**D hunc ergo modum anima in propugnaculum suum se recipiens, speculas occupabit, ingruentia obseruabit, eminus occa-